

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

155. An Sacerdos in necessitate celebrans cum vno lumine olei vel adipis,
peccet mortaliter? Et cursim necessitatis, est tantum peccatum veniale?
Et aduertitur Sacerdotem neque peccare mortaliter, si ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Atque de SS. Euch. Sacr. Ref. CLIII. &c. 93

Religionis exhibetur. Ideo Sacerdos, neque ut duo peccata, neque ut circumstantiam aggrauantem, eiusmodi circumstantias confiteri tenetur.

RESOL. CLIII.

An Sacrificium Missæ remittat peccata venialia ex opere operato? Et an sic probabile Sacramentalia remittere peccata venialia? Ex part. 3, tract. 4, Ref. 39.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Didacus Nugnus in 3. p. tom. 1. q. 83. art. 1. concl. 6. & hanc sententiam probabilem putat, licet contrariam tanquam probabiliorem teneat Joan. de la Cruz in dicti. cons. part. 2. de sacrificio Missæ, q. 1. dub. 4. concl. 6. vbi sic asserit. Probabile est hoc sacrificium remittere peccata venialia ex opere operato infallibiliter, & ita docuit Fr. Garsias de Mondrago in nostro insigni Collegio S. Gregorij Vallisoletani; sed oppositum est probabilem, nam idem videtur esse de peccatis venialibus, ac de mortalibus. Nam etsi sacrificium Crucis habeat dictos effectus ex opere operato, tamen ex voluntate diuina variè per varia media applicatur; per Sacramenta enim applicatur ex opere operato, & infallibiliter, non sic verò per sacrificia. Ita la Cruz.

2. Sed ego Nugo libenter adhæreo, nam sacrificium Missæ ordinatur ad remittenda peccata, sed non potest remittere mortalia ex opere operato. Ergo latenter venialia; deinde satis probabile est sacramentalia remittere venialia. Ergo à fortiori sacrificium Missæ, quia excellentius est.

RESOL. CLIV.

An ita strictè requiratur lumen accensum in Missæ Sacrificio, vel sine eo nunquam sacrificare liceat? Imo additur quod si lumen extinguitur ante consecrationem, nec haberi possit, relinquentam sit Missa etiam si necesse esset consecrare ad dandum Viatum moribundo.

Et an si peccatum mortale lampadem accensum ante Sacramentum non conservare?

Et an si solum per dimidiam horam, aut aliquid amplius sine lumine existere Eucharistia, peccatum grande committatur?

Et quid si per integrum diem hoc Sacramentum in Ecclesia Sacrario sine lumine esset?

Et an si praeceptum, ut ante Eucharistiam in Templis semper lumen ardeat?

Et dacetur, quod extat praeceptum de lumine, quando defertur Sacramentum foras.

Ex causa tamen illud etiam omitti potest, ut cum ad agrotum longè distanter defertur, nec commodè cum lumine fieri potest? Ex part. 9. tract. 6. & Milc. 1. Ref. 33. aliás 34.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam tener Pater Quintanadueñas in Theolog. moral. tom. 1. tract. 4. singul. 1. n. 2. vbi dicendum existimat, quod si ob notabilem, seu ob grauiter culpabilem Parochi, vel eius, cuius cura haec commissa est, negligientiam per integrum diem, ipso sciente, & contentiente, lampas accessa non sit coram Tabernaculo; peccatum mortale ab eo committeretur: & hoc videtur dicendum, etiam remoto scandalo: quia, si hoc intercedat, non est dubium. Probatus ex sententia Doctorum assertum, ita strictè requiri lumen accensum in Missæ Sacrificio, ut sine eo nunquam sacrificare liceat, vt

loquitur Lugo de Eucharistia, diff. 30. sect. 2. n. 77. & addit ex Fagundez sententia cap. 22. in 2. Pracep. n. 19. Imò addunt aliqui, si lumen extinguitur ante consecrationem, nec haberi possit, relinquentam esse Missam, etiam si necesse esset consecrare ad dandum Viaticum moribundo. Sed cum hoc præcipue sit, ne

seq. ver. cū codem Fagundez hic citato rancū, in tom. 3. tr. 1. Refol. 1. §. Ettandē,

Eucharistie Sacramentum sine lumine existat; licet simul etiam sit propter Sacrificij celebrationem, dividendum saltem erit, quod per integrum diem hoc Sacramentum in Ecclesia Sacrario sine lumine esse, sine graui culpa non licebit: quia defectus hic est iure graui contra antiquissimam Ecclesiæ consuetudinem tum celebrandi cum lumine, tum illud apponendi coram Tabernaculo: & eadem reverentia digna est Eucharistia in Altaris Sacrificio oblata, ac in Sacrario custodita: & licet hic non ita manifeste Hostia consecrata patet, & consecratio ibi, & non hic exercetur: at consecrationis terminus, seu effectus, à quo consecratio dignitatem suam sumit, in oblata Hostia innenitur: & excessus manifestationis, ita brevi tempore durans, uberioris compensatur perseverantia per spatium vienis diei. Vnde, si solum per dimidiam, aut integrum horam, aut aliquid amplius, sine lumine existet Eucharistia, peccatum graue non committeretur.

2. Sed, his non obstantibus, de tali consuetudine vniuersali dubitat Iacobus Marchantius in refol. Past. tr. 4. c. 5. q. 4. vbi sic ait: Quare vero hic potest quis, an sit etiam præceptum, ut ante Eucharistiam in templis semper lumen ardeat? Respondent aliqui, licet expressum in iure non reperiatur, consuetudinem vniuersalem Ecclesiæ habere vim præcepti. Ita Victorellus, Emmanuel Sa., & quidam alij. Sed hanc consuetudinem non esse ita vniuersalem, patet ex multis Ecclesiæ parochialibus, maximè ruralibus: vbi propter paupertatem haec non fuit solitum lumen continuum accendi. Et licet Episcopi eam consuetudinem introducere conentur variis Decretis, tamen videtur vix obseruari à subditis ob paupertatem. Disceptum enim illi de expensis, quorum sit eas sustinere, an Ecclesiæ, an decimas percipientium, an communis populi; sive Decretorum exceptu quo vel differtur, vel non sit. Exstat porro præceptum de lumine, quando defertur Sacramentum foras, cap. San. de celebrat. Missar. Ex causa tamen illud etiam omitti posset, ut cum ad ægrum longè distante defertur, nec commodè cum lumine fieri potest. Ita Marchantius. Verum ego opinioni P. Quintanadueñas adhæreo.

Sup. hoc præcepto infra in 11. 2.
Ref. 53. cursum in fine §. Verum. & magis latè in alio §. eius annor.

RESOL. CLV.

An Sacerdos in necessitate celebrans cum uno lumine olei vel adipis peccare mortaliter?

Et cursim notatur, quod celebrare unica candela cerea ex causa necessitatis est tantum peccatum veniale.

Et adiungitur Sacerdotem neque peccare mortaliter, si celebret Missam in Altari, in quo imago Crucis non existit? Ex part. 2. tract. 14. Ref. 45.

§. 1. **A**ffirmatiuam respondet Riccius p. 3. decis. 213. Sup. hoc in num. 1. Fagundez tract. 1. lib. 3. cap. 23. n. 17. Reginaldus tom. 2. lib. 29. cap. 9. n. 196. Suarez in 3. p. tom. 2. diff. 8. 1. sec. 6. Fernandez in exam. Theol. p. 3. c. 5. §. 13. n. 12. Villalobos in sum. p. 1. tr. 8. diff. 26. num. 4. Valsquez in 3. p. tom. 3. diff. 23. cap. 3. num. 26. Molfesius tom. 1. tract. 3. cap. 12. n. 57. & alij.

2. Sed negatiuam sententiam probabilem putat Zanard. indirect. Theol. part. 1. de sacrif. Miss. c. 14. in fin. Pitig. in 4. tom. 1. diff. 13. q. 2. art. 3. Nugnus in 3. p. 9. 83. art. 5. dub. 5. fol. mihi 509. col. 1. Graff. p. 2. lib. 2.

c. 43.

Sup. hoc in
tra in Refol.
184. §. Nota
tamen.

c.43. n.1. Azorius p.1.lib.8.cap.18.q.15. & Homobo-
nius de exam. Eccl. p.1.tr.4.cap.15.q.143. qui etiam te-
ner Sacerdotem, neque peccare mortaliter, si celebret
Missam in altari, in quo imago Crucis non existit, &
citat multos, quibus adde Villalobos in sum. part.1.
trac.8.diffic.16.n.6.

Sup. hoc in
fine Ref. seq.
& infra in
Ref. 157. §.1.
post mediū,
vers. Et qui-
dem.

z. Nota etiam, quod celebrare cum vnica cande-
la cerea ex casu necessitatibus, putauit Nugnus ubi sup.
la cerea ex casu necessitatibus, putauit Nugnus ubi sup.
esse tantum peccatum veniale.

RESOL. CLVI.

Virum Sacerdos in casu necessitatibus, secluso etiam scan-
dalo, possit celebrare cum lumine olei?
Et an ob causam non tamen grauem valde celebrari
possit cum uno cero, vel igne ardente in oleo, aut
seuo, modo scandalum abſit? Ex part.2. tractat.14.
Resol. 67.

Sup. hoc in
Ref. præte-
ria.

§.1. Negatuum sententiam docet Henr. lib.9.
de Miss. cap.26.n.4. & cap.29.n.7. vbi ex
consuetudine à tempore Apostolorum introducta, &
ex autoritate multorum Patrum, probat vsum cele-
brandi cum lumine cerci igniti, & in hanc senten-
tiā inclinat Bellarm. lib.2.de Miss. c.14.

2. Sed ego existimo in gravi necessitate, & seclu-
so scandalis, & contemptu, non esse mortale pecca-
tum celebrare cum lucerna ex oleo, quia olim in
Sanctuario lampades in cultum Dei ardebant, vt ait
D.Thom.in part.2.q.101.art.1.ad secundum, & ita Sa-
cerdotem celebrantem non damnarem, ait Suarez in
3.part.sum.3.diffic.81. scđ.6. quem postea sequitur Fa-
gundez de præc. Eccl. tract.1.lib.3.c.3.n.17. licet ad-
dant, hoc ante factum, non esse consulendum.

3. Sed ego in tali necessitate constitutus, si non
adesset aliorum scandalum, cum lumine olei celebra-
rem. Vide supra q.45. & mecum sentit Reginaldus
in praxi, sum.2.lib.29.cap.vii.p.2. scđ.6.n.196. Fillie.
tom.1.tr.5.c.4.n.126. & nouissimè Layman. lib.5.tr.5.

Sup. hoc in
§.vit. Refol.
præterita, &
infra in Ref.
seq. §.1. post
medium, &
vers. Et qui-
dem.

c.6.n.17.vbi ita ait. [Licit communi Ecclesiastū con-
suetudine receptum sit, vt lumen sit geminum, & ia-
cera, ob causam tamen, etiam non valde grauem, ce-
lebrari possit cum uno cero, vel igne ardente in
oleo, aut seuo, modo scandalum abſit.] Ita ille.

RESOL. CLVII.

An si Minister extinguat candelam à parte Epistola
ante finitum Euangelium S.Ioannis, peccet venialiter?
Et inferius nullum esse peccatum celebrare extra ne-
cessitatem cum uno lumine, vel ad summum esse tan-
tum peccatum veniale.
Et cursim docetur preces pro preparatione Missa non
esse dicendas ante Missam de Requiem, eo quod omitti
debent, quia Psalmi habent Gloria Patri, qui quid
solemnitatis, & suavitatis habent.
Et an in predictis Missis de Requiem omitti debant
oscula crucis in amictu, stola, & manipulo induen-
dis; tam quia prohibentur in Missa Solemnia, tum
quia non oscularur Sacerdos librum in Missa de-
functorum, nec Minister oscularatur ampullas, quas
celebranti porrigit. Ex part.10.tract.12. & Miss.2.
Resol.20.

§.1. A Ffirmatiū responderet Franciscus de Nigro
de Ordine celebrandi Missam, part.3. §.11.
q.3. vbi sic ait: Queres, an sit peccatum, saltem ve-
niale extinguere candelam ex parte Epistola, antea-
quam explicet Euangelium S.Ioannis? Aliqui Mi-
nistri, vel auari, vel pigri extinguunt alteram cande-

lam: Sed vt ait P.Trimarchi peccant faltem veniali-
ter (modò non reperiatur in iis crassa ignoratio),
quia Pij V. Constitutione veritum est in celebra-
tione Missa alias usurpare cærenias, nisi qua eius
mandato præscripta sunt, atque edita. Ita ille. Sed
cùm in medio Euangelij S.Ioannis, Clerici soleant
extinguere dictum lumen, vt possint postea statim
alterum extinguere, ne Sacerdos cogatur illos expe-
ctare: idem puto in tali casu nullum adesse peccatum
veniale, quia parum pro nihil reputatur: nec Dalla
Pij transgreditur, vt vult Nigrus. Et quidem si aliqui
penes Leandrum de Sacram. tom.2. tract.8. diffic.7.
ques.10. afferunt, nullum esse peccatum celebrare
extra necessitatem cum vnico lumine; vel ad sum-
mum, vt vult Hurtadus, Fagundez, & alij, quod o-
portet, & sequitur Leandrus loco citato; esse tantum in
peccatum veniale, certè datur videtur dicere cum
Nigro, Clericum, qui extinguiri lumen à parte Epis-
tolæ, non adhuc finito Euangelio S.Ioannis, pecc-
re venialiter.

2. Nota hinc obiter dictum de Nigro ob sp̄.
§.12. num. 1. afferere. Preces pro preparatione Missa
non esse dicendas ante Missam de Requiem, eo quod
omitti debet, tūm quia prohibentur dicib. Episcopo
ante Missam defunctorum, ex Crem. P. ap. lib.2. fil.1.
cap.26. & 28. tūm quia Psalmi habent Gloria Patri,
quod nescio quid solemnitatis & suavitatis habet. Ita
ille. Gauantus in Rubrica Missa, part.1. tit.1.
affirmit, dictas Preces omitti posse, sed non debet, vt
vult Nigrus; & communiter dicuntur. Idem etiam
Nigrus ubi supra num.2. sic ait: Queres, an omitti
debeat oscula crucis in Amictu, Manipulo & Stola
individuē? Probabile est, quod omitti debeat; tūm
quia prohibentur oscula retum in Missa solemnia,
tūm quia non oscularur Sacerdos librum in Missa
defunctorum, nec minister oscularatur ampullas, quas
celebranti porrigit. Sic ille. Sed communiter
trarium obseruantur, & tenet Gauantus loco citato.

RESOL. CLVIII.

An Sacerdos peccet mortaliter celebrando Missam
Ministro, ne careat Missa in die feſt. per predicta
moribundo Viaticum, aut quid aliud simili? Ex p.
tract.14. Resol.43.

§.1. A Ffirmatiū responderet Fernandez in estm. Spec.
Theol. mor. p.3.c.5. §.4.n.8. Barthol. ob. No. 2.
gelo in exam. Confess. dial.5. §.401. quem poteris
quatus est Bonacina de Sacram. disp.4. queſ.1. tit.1.
punct.9. num.33.

2. Sed ego puto non peccare, & ideo in magno
necessitate, qualis est dici festi, aut dandi mortuobus
Viaticum, vel quid simile, celebrationem Missae sine
ministro licitam esse centeo. Ita Villalobos in sum.
part.1. tract.5. diffic.34. n.2. Pitigianus in eam.
diffic.13. queſ.2.art.5. in fin. Squillante oblig. Cler.
part.2. dub.23. n.69. & Sylvius 3.p.9.8.art.1. sicut
ita facientem non damnare. Vide Fagundez pred.1.
lib.3.cap.21.n.6. Homobonus de Bonis in exam. Eo-
clef. part.tract.4.cap.15. queſ.146. & alios.

RESOL. CLIX.

An possit excusari consuetudo celebrandi Missam al-
que Ministro, vt in Germania locis?
Et supponitur iure Ecclesiastico necessarium esse Mi-
nistrum in celebratione Missa prater Sacerdotem.
Et notatur licitum esse Sacerdotis celebrans sine Mi-